



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 32. Histriensis, Segobiensis, Calamonensis, Leirinensis Antistitium  
judicia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæc. XVI.  
A.C. 1562

„Et or a triplici caussa I. ad id me mo  
„vet Charitas, quæ nobis suadet, ne  
„quantum ad nos attinet, ullo in gra  
„du deficiamus ab eo, quod in aliorun  
„salutem effici potest: II. hanc conces  
„sionem suadet auctoritas Cæsaris,  
„in quo propter summam rerum pen  
„tiam errorem suspicari non licet, atque  
„ob ejus summam pietatem fraus time  
„ri nefas est: III. Denique idem adstruunt  
„exempla Concilii Basileensis, & Pauli  
„III. qui hoc petitum concefferunt.

§. XXXII.

*Histriensis, Segobiensis, Calamon  
sis, & Leirinensis Antistitum  
judicia.*

Pall. c. 4. n. 14 Ex adverso Thomas Stella Histriensis  
15. & 16. Episcopus opponebat: „quemadmo  
„dum homini infideli Baptismum peten  
„ti is non statim conceditur, sed prius  
„eruditur in fide, ejusque constantia  
„probatur; ita de illorum obedientia  
„qui hactenus rebelles Ecclesiæ fue  
„rant, experimentum per aliquod tem  
„pus est capiendum, eorumque mens  
„corrigenda, antequam illis Christi San  
„guis propinatur. „ Idem quoque o  
pinatus est Martinus Ajala, Segovier  
sis Antistes: e contrario Fuscararius  
Mutinensis Episcopus affirmabat, quod  
id



id esset malum, sed necessarium, ac cir- Sæcul. XVI.  
 ca illud nihil decerni posset, nisi specta- A. C. 1562.  
 ta præteriorum memoria, præsentium  
 conditione, & futurorum circumspectio-  
 ne: hic Præfus ista fusius explicans  
 tandem rem esse definiendam conclu-  
 debat. Timotheus quoque Justinia-  
 nus ex Insula Chio Ordinis FF. Prædi-  
 catorum Calamonensis Antistes in idem  
 propendebat, ita testatus: „ In mea Ec-  
 „clesia cum sit in Græcia, a compluri-  
 „bus etiam unacum Calice Evcharistia  
 „sumitur, absque ulla sanguinis pre-  
 „tiosi effusione, ab aliis autem solus pa-  
 „nis accipitur, & ex iis ab aliis azy-  
 „mus, ab aliis fermentatus, neque ta-  
 „men ulla inde discordia inter meos  
 „Diœcesanos exorta fuit. „ Præterea  
 Casparus Casalius ex Ordine Fratrum  
 Eremitarum S. Augustini Episcopus Lei-  
 rinensis Lusitanus ista proposuit: „ uni-  
 „parti, quæ concessioni adversatur, fa-  
 „vet auctoritas Cajetani Cardinalis, &  
 „Ruardi Tapperi, qui eam concessio-  
 „nem dissuaserunt; alteri vero suffraga-  
 „tur auctoritas Synodi Basileensis, &  
 „Pauli III. qui eam indulserant: hæc  
 „autem postrema præferenda est, præ-  
 „fertim cum ea a multis Principibus  
 „Religionis studiosissimis proponitur,  
 „tanquam unicum remedium ad illos  
 „populos tandem ad Ecclesiæ finum  
 „revo-

Sæcul. XVI. „revocandos : quare monitum Apostoli  
A.C. 1562. „servandum censeo : *excipite eum, qui*  
 „*infirmus in fide :* „ Huic Præsuli conser-  
 fere Robureus, Salas, & Mogenigus,  
 qui ejusdem Apostoli exemplum addu-  
 xere, circumcisionem Timothio permis-  
 tentis.

## §. XXXIII.

*Reatini Episcopi oratio contra Co-  
 licis concessionem.*

Pallav. t.4.  
 n. 17.

Inter eos, qui ejusmodi concessionem  
 impugnabant, prolixiores sermones  
 declamabat Joannes Baptista Osius Reati-  
 nus Episcopus, qui præprimis demon-  
 strabat, eam semper Ecclesiæ consue-  
 tudinem fuisse, ut nil omnino hæreti-  
 corum erroribus indulgeret: „eapro-  
 „pter, inquiebat ipse, cum quidam Ju-  
 „dæi ad Christi fidem conversi quo-  
 „dam veteris legis ritus adhucdum ob-  
 „servandos contenterent, mox Apo-  
 „stoli illorum usum inhibuerunt, atque  
 „abrogarunt, quinimo ne vel ullum eo-  
 „rum vestigium in illis deprehendere-  
 „tur, præceperunt, ut Christiani suos  
 „cœtus non in die Sabbati, sed Domi-  
 „nica agerent. Præterea dum Nesto-  
 „rius docuerat, Mariam non Dei, sed  
 „Jesu Matrem esse, illico a Concilio,  
 „quod adversus hunc hæreticum cele-  
 „brabatur, fuit præscriptum, ut ea Dei

„Mater

